

## CODEX 3. olim signatus 1/1.

*Foliorum 281, 440 : 317 mm., columnis binis exaratus saeculo XII., rubricatus et multis maioribus litteris initialibus atque figuris partim penna delineatis, partim variis coloribus pictis exornatus. Scriptum fuisse hunc codicem sub beato Frowino abbate Engelbergensi († 1178) testis est folium primum, ubi imagine repraesentatur ‚SANCTA THEOTOCOS. SANCTA MARIA‘ librum accipiens, quem ‚FROWINUS abbas‘ offert his versibus:*

O genitrix Christi, pax mundi, gloria coeli,  
Dono tibi librum, mihi da veniam vitiorum.

*Fol. 2. occurrunt versus leonini sequentes:*

Conferat iste liber, quod sis a crimine liber  
O Frowin, Christi quem laudibus attribuisti.

*Scriptorem codicis Richene, monachus Engelbergensis et beati Frowini abbatis amanuensis, se prodit folio 281' his versiculis:*

Hic currendo bonam parit, iste loquendo coronam,  
Aspera bella gerit hic, dum sibi praemia quaerit.  
Huius scripturà libri bona non peritura  
Richene mercatus, vivet sine fine beatus.

*Librum Baruch et prologum in Ezechielem (fol. 217—221.) alia manus saec. XII. scripsit et codici adaptavit.*

*Biblia latina vulgatae versionis cum prologis. Tomus I., in quo libri sacrae scripturae hoc ordine exstant: \*Genesis. \*Exodus. \*Leviticus. \*Numeri. \*Deuteronomium. \*Josue. Judicum. Ruth. \*IV Regum. \*Isaias. \*Jeremias. Lamentationes et oratio Jeremiae. Baruch. \*Ezechiel. \*Daniel. Prophetæ minores.*

*Libros asterisco insignitos ‚Capitula‘ praecedunt. Variis prologis et praefationibus in codice occurrentibus haec sunt initia:*

*Fol. 2. Epistola sancti Jeronimi ad Paulinum presb. de omnibus divinae historiae libris. (rubr.) Frater Ambrosius tua mihi munuscula . . . P. L. 22, 540—549.*

*Fol. 5. Praefatio s. Jeronimi in librum Genesim. (rubr.) Desiderii mei desideratas . . . P. L. 28, 147—152.*

*Fol. 87. Prologus in librum Josue. (rubr.) Tandem finito Pentateucho . . . P. L. 28. 461—464.*

- Fol. 111.* Prologus s. Jeronimi presb. in librum regum. (*rubr.*) Viginti duas litteras . . . *P. L. 28, 547—558.*
- Fol. 165.* Prologus beati Jeronimi presb. in Esayam prophetam. (*rubr.*) Nemo cum prophetas . . . *P. L. 28, 771—774.*
- Fol. 188'.* Prologus b. Jeronimi presb. in Jeremiam proph. (*rubr.*) Jeremias propheta cui hic . . . *P. L. 28, 847—850.*
- Fol. 221.* Prologus b. Jeronimi presb. in Ezechielem proph. (*rubr.*) Ezechiel propheta cum Joachim . . . *P. L. 28, 937—940.*
- Fol. 246'.* Prologus b. Jeronimi presb. in Danielelem proph. (*rubr.*) Danielelem prophetam iuxta septuaginta . . . *P. L. 28, 1291—1294.*
- Fol. 258.* Prologus in librum XII prophetarum. (*rubr.*) Non idem ordo est duodecim . . . *P. L. 28, 1013—1016.*
- Eodem folio.* Prologus in Osee prophetam. (*rubr.*) Temporibus Oziae et Joathae . . .
- Fol. 262.* Prologus in Johel prophetam. (*rubr.*) Sanctus Johel apud Hebraeos post Osee ponitur . . .
- Fol. 263'.* Prologus in Amos prophetam. (*rubr.*) Ozias rex cum dei religionem . . . Amos propheta, pastor et rusticus . . . Hic Amos propheta non fuit . . .
- Fol. 266'.* Prologus in Abdiam prophetam. (*rubr.*) Jacob patriarcha fratrem habuit . . .
- Fol. 267'.* Prologus in Jonam prophetam. (*rubr.*) Sanctum Jonam Hebraei affirmant filium . . .
- Fol. 268'.* Prologus in Michaeam prophetam. (*rubr.*) Temporibus Jonathae et Achaz . . . Michaeas secundum Hebraicam veritatem sextus est . . .
- Fol. 270'.* Prologus in Naum prophetam. (*rubr.*) Naum prophetam ante adventum . . . Cum Jonas (*et*) Naum de eadem . . .
- Fol. 272.* Prologus in Abacuc prophetam. (*rubr.*) Quatuor prophetae in duodecim prophetarum . . .
- Fol. 273.* Prologus in Sophoniam prophetam. (*rubr.*) Tradunt Hebraei cuiuscunque prophetae . . .
- Fol. 274'.* Prologus in Aggaeum prophetam. (*rubr.*) Jeremias propheta ob causam periurii . . . Cum Cyrus rex Persarum . . .
- Fol. 275'.* Prologus in Zachariam prophetam. (*rubr.*) Anno secundo Darii regis Medorum . . . Cyrus Persarum rex qui Chaldaeorum . . .
- Fol. 280.* Prologus s. Jeronimi presb. in Malachiam prophetam. (*rubr.*) Deus per Moysen populo . . . Malachi interpretatur angelus meus . . .